



1. De- us, ju- dí- ci- um tu- um **re- gi** da : * et justí- ti- am



tu- am fí- li- o **re-** gis : *Flexa* : Ará- bi- ae, †

2. Judicáre pópulum tuum in **justítia**, * et páuperes tuos in **judí- cio**.

3. Suscípiant montes pacem **pópulo** : * et colles **justítiam**.

4. Judicábit páuperes pópuli, et salvos fáciet filios **páuperum** : * et humiliábit calumniatórem.

5. Et permanébit cum sole, et ante **lunam**, * in generatióne et generatióne.

6. Descéndet sicut plúvia in **vellus** : * et sicut stillicidia stillántia **super terram**.

7. Oriétur in diébus ejus justítia et abundántia **pacis** : * donec auferátur **luna**.

8. Et dominábitur a mari usque ad **mare** : * et a flúmine usque ad términos orbis **terrárum**.

9. Coram illo prócident **Æthíopes** : * et inimíci ejus **terram lingent**.

10. Reges Tharsis, et ínsulae múnera **ófferent** : * reges Arabum et Saba dona **addúcent**.

11. Et adorábunt eum omnes reges **terrae** : * omnes gentes **sérvient ei** :

12. Quia liberábit páuperem a **poténte** : * et páuperem, cui non erat **adjútor**.

13. Parcet páuperi et **ínopi** : * et ánimas páuperum **salvas fáciet**.

14. Ex usúris et iniquitáte rédimet ánimas **eórum** : * et honorá- bile nomen eórum **coram illo**.

15. Et vivet, et dábitur ei de auro Arábiae, † et adorábunt de ipso **semper** : * tota die **benedícent ei**.

16. Et erit firmaméntum in terra in summis móntium, † super- extollétur super Líbanum fructus **ejus** : * et florébunt de civitáte sicut **fenum terrae**.

17. Sit nomen ejus benedíctum in **saécula** : * ante solem pérma- net nomen **ejus**.

18. Et benedicéntur in ipso omnes tribus **terrae** : * omnes gentes **magnificábunt eum**.

19. Benedíctus Dóminus, Deus **Israël**, * qui facit mirabília **solus**.

20. Et benedíctum nomen majestátis ejus in aetérnum : † et replébitur majestáte ejus omnis **terra** : * **fiat, fiat**.

Et repetitur antiphona Dóminus Jesus. ut supra.